



Universitätsbibliothek Paderborn

**Phimostomvs Scriptvrariorvm Iohannis Dietenbergii
Theologiae professoris profundiss. ac hæreticæ prauitatis
Inquisitoris vigilantiss. co[n]tra hæreticos æditus
Augustæ Anno M.D.XXX.**

Dietenberger, Johann

Coloniæ, 1532

VD16 D 1501

Reverendissimo In Christo Patri Ac d[omi]no gratiosissimo, D. Iohanni à
Metzenhusen Treuero[rum] Archiepiscopo Principi Electori &c. suo
clementissimo d[omi]no, Doctor Ioha[n]nes Dietenbergius ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29398

munt credendū aut nō credendū, nihil statuendū, prohibēdūve, nihil acceptādū, refutādūve, nisi ex p̄ssis scripturæ verbis legat, sub pio p̄textu, ecclesiastica decreta spernūt, Cōcilia ḡnalia eleuāt, abijciēdos doct̄ ritus ecclesiasticos, ap̄licas traditiōes, atq; adeo ipsas insup scripturas pro sua libidine quas placet ex canone deturbāt. Hoc virus catholice fidei, religioni pariter atq; scripturæ p̄sentissimū, apud rudē, nulliusq; iudicij plebeculā, parit exitiū. Quare huic malo author mederi cupiēs, simul ac sanctā ecclesiā: q̄ (iuxta Pauli doctrinā) basis & fundamētū est veritatis, n̄ræq; fidei infallibilis regula, à tātā pestis s̄cūitū vindicare satagēs, nondūq; illoꝝ p̄stigijs falsos p̄seruare, hūc librū ædidi salutarē. Quē ego T. C. dedico & nūcupo, magis syncera p̄fulgentē veritate, q̄ fucatis verboꝝ lenocinijs, atq; cū meip̄m, tū author ē simul cū opere suo tuæ Gratia cōmēdo. Quā deus Opt. Max. nobis in reip. salutē diu sanū ac incolumem cōseruare dignei. Bene vale Reuerendissime Præsul, Mogūtia pridie Calend. Martias, Anno, M. D. XXXII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC
dño gratiosissimo, D. Iohanni à Metzenhusen Treueror̄ Archiepiscopo Principi Electori &c. suo clementissimo dño, Doctor
Iohānes Dietenbergius grām optat & salutē.



I fideles patres familias, semper quidem, etiā seruatoris nostri vocæ, celebres, vel in hac vnico, q̄ suorum maxime domesticorū, curā gesserint, habiti sunt, nec tñ vnq̄ satis laudati fuerunt, R. P. ac princeps illustriss. tanto magis T. C. omnib. post hac fidelib. p̄petuo celebrior erit, q̄to religiosissimus animus tuus, nedum suos domesticorum, verum & totius reip. Christiane, tantam curam, tantam gerit sollicitudinē, vt illi, siue in catholicis roborandis dogmatibus, siue in reprimendis audacibus scismaticorum consultationibus, nec minimum deesse patiatur. Hinc dum iam olim in Augustanis 1530 anno celebratis principum comicijs, p̄sente gloriosiss. iuxtaque christianiss. Cesare Carolo quinto, a pestilentissimis scripturarijs, Lutheranis videlicet, ac reliquis diuinis scripturarum non tam allegatoribus quam corruptoribus, prophanis sacra miscentibus, haud qualiacunque, sed illa cum primis, in quibus tota rei christianæ summa pendet, nedum in dubium vocarentur, quin potius a religione prorsus deturbari, ausu nimis temerario, p̄sumerentur, incredibile quantis religiosissimum pectus tuum vrgeretur timoribus, ne aut fidei, aut ecclesiæ res, quæ nec parum nutare videbantur, vel perfidorum improbis ausibus, vel peritorum ignauia periclitarentur. At cum a me T. C. crebrius tū audierir, ecclesiasticis dogmatibus, nec rationem, neque scripturarum diuinarum deesse auctoritatem, volui tandem hac lucubratiuncula T. amplitudini nuncupata, quam paucis admodum diebus, suffraganeis horis aliquot, festinus elaborauī, re ipsa prestare, quod nudis olim toties promiseram verbis. Porro quæ scripturarijs, qui scripturis omnia se agere gloriantur, quum nihil minus faciant, impossibilia videbantur probari scripturis sacris, ostendo, non alijs, quam scripturarum sanctarum testimonijs, simul & perniciosissimum errorem illorum, quo nihil in ecclesia catholica nisi claris legatur scripturis, acceptandum impie dogmatizant, arguo, cōfuto, prorsusq; euerto, ad solius dei omnipotentis domini nostri Iesu Christi gloriā, & T. C. consolationem, quam Christus deus opt. max. nostræ rei publice sc̄liciter gubernandæ quam diutissime seruet incolumem, mei sui clientuli memorem.

Confluentia 1532